

## Dē Promētheō

(Ind. pppf. akt., indikativní vedl. věty vztažné, přípustkové, časové a důvodové, 1.-3. konj., subst. 1.-3. dekl., lokál)

Promētheus, quī auxiliō Minervae hominēs ex terrā et aquā effinxerat, dē genere hūmānō bene meruit. Dī saepe Promētheum ad epulās suās invītābant. Itaque cōsiliū Iovis, quī hominēs necāre cōstituerat, Promētheō nōtum erat. Promētheus aliquandō in caelum vēnit, ignem, quem Iuppiter hominibus negāverat, dē Olympō subdūxit et hominibus dōnāvit. Quamquam īra Iovis magna erat, genus hūmānum nōn dēlēvit. Promētheum autem Vulcānus iussū Iovis in monte Caucasō ferreīs catēnīs ad saxum alligāvit cotīdiēque aquila iecur Promētheī dēvorābat. Iecoris pars, quam aquila interdiū dēvorāverat, noctū crēscēbat. Ita Promētheus magnōs dolōrēs tolerābat. Postea Herculēs aquilam sagittā necāvit Promētheumque liberāvit.

## Promētheus in mýthologiā

In mýthologiā Graecā fuit Promētheus ē genere Tītānōrum, fīlius Īapetī et mātris aut Themidis (sorōris Īapetī), aut Clymenēs Ōceanītidis. Promētheus nōtus adiūtor hominum est: hominēs aut ex argillā aut lutō candidō formāvit et ignī dīvinō animāvit (ex aliā fābulā hominibus animam Minerva īnspīrāvit). Nōn solum vītam ignemque hominibus dedit, sed etiam varia necessāria īnstrūmenta. Promētheus hominēs ignī ūtī docuit, quem dē caelō subdūxerat. Propter ignis fūrtum īrātus Iuppiter Promētheum fulmine et vinculis ferreīs in monte Caucasō alligāvit. Iuppiter ad Promētheum horridae poenae causā iecoris avidam aquilam mīsīt (nōnnūllae fābulae dē vulture narrant). Aquila cotīdiē iecur Promētheī cēnāre solēbat, dum vulnerāta vīscera miserō Tītānō iterum crēscēbant. Tandem Herculēs iussū Iovis Promētheum catēnīs ac aquilā liberāvit. Promētheus dēnique in Olympum revēnit, sed ānulum cum lapillulō dē monte Caucasō iam semper portāre dēbēbat.

Glossae: *quī* – který, jenž; *auxiliō* (abl. způsobu); *mereō, ēre, uī, itus sum* (semidep.) – zasloužit se (oč = *dē*+ABL.); *bene* (adv.) – dobře; *dī = deī, nōtum est* – je známo (komu? +DAT.); VZTAŽNÁ SPOJKA: *quī* – který, jenž; *vēnit* (ind. pf. akt.) – přišel; (*ignem,*) *quem* (vztažné zájm. v akuzativu masc.) – který, jež; *quamquam* (přípustková spojka) – ačkoli, ač; *iussū* – na příkaz, z příkazu; *Caucasus, ī, m.* – Kavkaz; (*pars,*) *quam* (vztažné zájm. v akuzativu fem.) – kterou, již;

*Mýthologia, ae, f.* – mytologie; *Īapetus, ī, m.* – Iapetos, syn Urana a Gaie; *aut-aut* – buď-nebo; *Themis, idis, f.* – Themis, dcera Urana a Gaie, bohyně spravedlnosti a řádů, první choť Diova; *Clymenē, ēs, f.* (řecké skloňování) – Klymené, dcera Okeana a Tethye, proto zvána též Okeánovna; *Ōceanītis, itidis, f.* – Okeánovna, mořská víla; *argilla, ae, f.* – bílá hrnčířská hlína, jíl; *ignī* – výjimka: ABL.SG. od „ignis“; *fābula, ae, f.* – ZDE (i dále v textu): mýtus; *ūtor, ūtī, ūsus sum* (dep.) – (po)užívat (co? +ABL.); *causā* (předl.s gen., kladena za slovo) – kvůli, pro; *poenae causā* – za trest; *iecoris avidus* = přelož podle „*cibī avidus*“ (viz text „Dē vulpe“); *vīscera, um, n.* (pomnož.) – vnitřnosti; *revēnit* (ind. pf. akt.) – vrátil se; *lapillulus, ī, m.* (deminutivum od „lapis“) – kamínek;

Promētheus etiam astūtiā nōtus erat. Hominēs Iovī et deīs hostiīs sacrificāre dēbuērunt, quia deī mortālibus vīvere permittēbant. Itaque Promētheus dolum nexuit et dominō deōrum ē duābus hostiīs optiōnem dedit. Carnem sūcidam in foeda vīscera involvit ossaque sapōre iūcundō pingui circumplicāvit. Iuppiter dolum dētēxit, sed ex cōnsiliō ossa hostiās ēlēgit. Hominibus quidem carō ē hostiīs mānsit, sed poenae causā Iuppiter mortālibus ignem dēmpsit; dē cōnsecūtiōnibus ignis fūrtī in praeteritō articulō dīxerāmus.

Promētheus etiam vāticinātiōnem dē exitiō Olympī et deōrum nōverat, nam ā mātre suā ingenium fātodicum obtinuerat. Iuppiter verba vāticinātiōnis prōmissō libertātis ā Tītānō exprimere dēsīderābat, sed Promētheus diū resistēbat. Postrēmō Iuppiter Promētheum commōvit, Promētheus ad condiōnēs Iovis accessit et magna sēcrēta prōdidit: filius Thetidis aetāte mātūrā patrem suum firmitāte corporis, sapientiā, pulchritūdine aliisque virtūtibus superābit. Promētheī verba dominum deōrum perculērunt, nam Thetidem deam uxōrem ipse dūcere dēsīderāverat. Tantum filium Iuppiter habēre nōn petīvit et Thetidem in mātrimōnium mortālī Pēleō, rēgī Myrmidonum, collocāvit. Thetis clārum proeliātōrem Achillem genuit, quī ad Trōiam pugnābat et occidit.

Glossae: *sacrificāre hostiīs (ABL.)* – obětovat žertvy; *nectō, ere, nexī* nebo *nexuī, nexum* – plést, strojit, ZDE: vymýšlet (o lsti); *duābus* – DAT.+ABL., FEM. od číslovky „dvě“; *optiōnem dare (facere)* – dát na výběr; *sapōre iūcundus* (viz text „Dē vulpe“); *pingue, is, n.* – tuk; *dētegō, ere, tēxī, tēctum* – odkrýt, odhalit; *ex cōnsiliō* – úmyslně; *ossa hostiās ēligere* – vybrat kosti za obět (dva akuzativy); *quidem..., sed...* (připustkově odporovací větné spojení) – sice..., ale; *poenae causā* – za trest; *dēmō, ere, dēmpsī, dēmptum* – brát, vzít, odebrat; *articulus, ī, m.* – ZDE: odstavec;

*Ingenium obtinēre* – zdědit nadání (od koho? ā, ab+ABL.); *prōmissō (abl.) exprimere* – vynutit pod příslibem, za slib (čeho? +GEN.); *ad condiōnēs accēdere* – přijmout (přistoupit na) podmínky; *Thetis, idis, f.* – Thetis, mořská bohyně, dcera Nereova; *percellō, ere, culī, culsum* – porazit, zdrtit, ohromit, polekat; *uxōrem dūcere* – oženit se, vzít si za ženu; *ipse* (zájm.) – sám, samotný; *filium habēre petere* – toužit mít syna; *in mātrimōnium collocāre* – provdat (za koho? +DAT.); *mortālis, is, m.* – smrtelník; *pariō, ere, peperī, partum* – (po)rodit; *occidō, ere, cidī, –* – padnout;

## Thema Promētheī in litterīs

Iam Graecus poēta Hēsiodus (quī inter annōs 750. et 650.<sup>1</sup> a. Chr. n. vīxit) prīmam fābulam antīquam dē Promētheō in carmine suō „Theogoniā“ nōtāvit. Hēsiodus in Theogoniā orīginem et geneālogiam deōrum Graecōrum tractat. In aliō carmine „Opera et diēs“ ad Promētheī fābulam novās cōgnitiōnēs addit – Iuppiter poenae causā hominibus nōn solum ignem, sed etiam cūrā vacuae vītae īnstrūmenta dēmit atque Pandōrae arcānam aulam mittit.

Aeschylus ē fābulā dē Promētheō argūmentum tragoediae suae dūxit – titulus Aeschylī operis „Promētheus vinctus“ est. Quamquam Aeschylī Promētheus aliquandō māgnoperē Iovem et aliōs deōs in proeliō cum Tītānīs (Tītānomachiā) adiūverat, tamen dominus deōrum creatōrem et adiūtorem hominum prōdidit et horrificē torquēbat. In Aeschylī tragoediā Promētheus hominēs etiam artem scrīptōriam, mathēmaticam, agricultūram, medicīnam scientiāsque docuit.

Animadversiōne nostrā digna est Platōnis perceptiō Promētheī in dialogō „Prōtagorās“. Postquam deī hominēs aliaque animālia ex lutō et ignī formāverant, Promētheus cum frātre Epimētheō persōnīs creatīs variās nātūrās dōnābant. Quia Epimētheus stultus erat, dōna nātūrae animālibus dedit, sed hominēs nūdōs et armīs exūtōs relīquit. Inde Promētheus deīs ignem sollertiae subdūxit et hominibus dedit. In Platōnis philosophiā sollertia („techna“) appetitiōnem nātūrae („physim“) praevallet.

*Vivō, ere, vixī, –, – žit; fābula antīqua – ZDE: mýtus; nōtāre (1) – ZDE: zaznamenat, napsat; Theogonia, ae, f. – Theogonie, „O původu bohů“, název Hésiodova díla; geneālogia, ae, f. – genealogie (=zkoumání vztahů a rodového původu); tractāre (1) – pojednávat (o čem? +AK.); diēs (5. dekl.) – dny; cūrā vacuus – bezstarostný, bezúdržbový;*

*argūmentum dūcere – čerpat námět; vinctus, a, um – spoutaný; māgnoperē (adv.) – velmi; Tītānomachia, ae, f. – Tītánomachie, boj bohů s Titány; horrificē (adv.) – strašlivě; ars scrīptōria – (znalost) psaní, umění psát;*

*Dignus, a, um – hoden (čeho? +ABL.); perceptiō, ōnis, f. – vnímání, chápání, pojetí; Prōtagorās, ae, m. (řec. nom., jinak dle 1. dekl.) – Prótagoras, (1. předsókratovský filozof a sofista, 2. Platónův dialog o sofistech a ctnosti); postquam (čas. spojka) – poté co; persōna creatā – živá bytost, stvoření; nātūra, ae, f. – ZDE: schopnost; quia (důvodová spojka) – protože; armīs exūtus – bezbranný; relīquō, ere, līquī, lictum – zanechat (koho v jakém stavu? +dvojí AK.); techna, ae, f. – techné, tvůrčí síla (platónský termín); appetitiō nātūrae – přirozený instinkt; physis, is, f. (AK. SG. -im) – fysis, přirozený instinkt (platónský termín); praevalēō, ēre, uī, –, – mít převahu, být větší (než co? +AK.);*

---

<sup>1</sup> Čti: *inter annōs septingentēsimum quīnquāgēsimum et sescentēsimum quīnquāgēsimum ante Chrīstum nātum...*

Trēs ratiōnēs in Promētheī fābulā cum prīncipiīs multārum litterārum artiumque in ūniversīs gentibus similitūdinem habent: 1.<sup>2</sup> creātiō hominis ex lutō, 2. fūrtum ignis, 3. poena aeterna. Prīma ē suprā dictīs ratiōnibus manifestam similitūdinem cum biblicō nūntiō creātiōnis mundī (in librō „Genesis“) habet. Quamquam apud Promētheum similitūdinem cum biblicā creātiōne vidēmus, tamen Graeca fābula dē orīgine hominis et Chrīstiāna doctrīna dē ūnicā continuāque creātiōne ā Trīnitāte inter sē valdē discrepant. (Ē catholicīs creātiō nōn termināta, sed continua est: Deus creāre nōn dēsinit, figurās creatās cūrāre nōn intermittit.) Extrēmō tempore Rōmānae antīquitātis Promētheī fābula dē creātiōne neoplatōnicam doctrīnam nātūrae hūmānae repraesentat, quam illūstrātam in multīs sarcophagīs (v. Pictūra 1) admīrātiōne celebrāmus. Et dē similitudinibus et dē dissimilitudinibus Deī Chrīstiānōrum cum mŷthologicā persōnā Promētheī scrīptor Latīnus, apologēta Chrīstiānus et theologus Tertullianus (quī inter annōs 150.<sup>3</sup> et 230. vīxit) tractābat.


Promēthēa allūsiō etiam in tragoediā „Othello“ Gulielmī Shakesperī sē ostendit. In clārā scaenā Othello dē morte Desdemonae cōgitat, dum mulier dormītat. Mox Desdemonam occīdet et corpus fēminae cārae calōrem āmittet. Othello Promēthēum calōrem quaerit, nam tantum Promēthēus calor lūmen vītae relūcēscit. Sed vērītatem sevēram dētegit, quia semel extinctus ignis vītae in Desdemonae corpore numquam renovābitur. Shakesperius hīc et ad Greacam fābulam dē Promētheō, et ad dōnum vītae in Chrīstiānā theologiā remittit.

*Trēs (čísl.)* – tři; *ratiō, ōnis, f.* – ZDE: aspekt, ohled; *prīncipium, īī, n.* – ZDE: základ, prvek; *litterae artēsq̄ue* – ZDE: kultura; *ūniversae gentēs* – ZDE: celý svět; *similitūdinem habēre* – mít podobnost, podobat se (čemu? cum+ABL.); *suprā dictus* – (výše) zmíněný; *biblicus, a, um (středoěká latina)* – biblický; *nūntius, īī, m.* – zpráva (o čem? +GEN.); *inter sē discrepāre* – (navzájem) se neshodovat, lišit, být v rozporu; *catholicus, ī, m.* – katolík; *dēsinare, intermittere* (synonyma) – přestat, přestávat; *figūra creāta* – (stvořená postava=) stvoření; *cūrāre +AK.* – starat se o; *extrēmō tempore* (abl. čas.) – na sklonku období; *antīquitās, ātis, f.* – ZDE: starověk; *neoplatōnicus, a, um* – novoplatónský (novodobé označení příslušnosti k platónské tradici filozofického myšlení pozdního starověku); *quam* (AK. SG. FEM. vztaž. zájm.) – kterou, již; *illūstrātus, a, um* – znázorněný, zpodobněný; *sarcophagus, ī, m.* – sarkofág; *v. = vidē!* – viz; *celebrāre admīrātiōne (ABL.)* – velmi obdivovat (koho, co? +AK.); *et ... et* – jak ... tak; *mŷthologicus, a, um* – mytologický; *apologēta, ae, m.* – apologeta, obránce víry; *Chrīstiānus, a, um* – křesťanský;

*Promēthēus, a, um* – prométheovský, patřící Prométhovi; *allūsiō, ōnis, f.* – aluze, narážka; *Gulielmus Shakesperius, -ī - īī* – William Shakespeare; *sē ostendere* – nacházet se; *cōgitāre dē +ABL.* – uvažovat nad čím; *occīdō, ere, cīdī, cīsum* – zabít, zavraždit (POZOR, neplést s „occidō, ere“); *calōrem āmittere* – chladnout; *relūcēscō, ere, lūxī, -*, – opět rozsvítit; *dētegō, ere, tēxī, tēctum* – odkryt; *semel* – jednou; *extinctus, a, um* – uhašený, pohaslý; *remittō, ere, mīsī, mīsum* – zpět posílat, vracet, ZDE: odkazovat (na co? ad +AK.);

<sup>2</sup> Čti: 1. = *prīmō (locō)*, 2. = *secundō*, 3. = *tertiō*;

<sup>3</sup> Čti: *inter annōs centēsimum quīnquāgēsimum et ducentēsimum trīcēsimum ...*



*Pictūra 1 In mediō sarcophagō Promētheum vidēmus, quī sēdet et hominem creat. Marmoreus sarcophagus Rōmānus, circā annum 300 (trēcentēsimum) A.D., Mūsēum Archaeologicum Nātiōnāle Neāpolī.*

Pozn: *Mūsēum Archaeologicum Nātiōnāle* – Národní archeologické muzeum; *Neāpolis, is, f.* (ak. *-im* i *-in*, abl. *-ī*, lokál *-ī*) – Neapol, italské město;

Zdroj: wikipedia.org

Annō 1820<sup>4</sup> Anglicus poēta Percy Bysshe Shelley drāma Promētheus Solūtus ēmīsīt. Quamquam Shelley Aeschylī Promētheiā sē inspīrāvit, tamen Promēthēō factō distīnctum pondus posuit. Aeschylus in conclūsiōne tragoediae Promētheum cum Iove reconciliāverat; reconciliātiō cum Iove condiciō exūtiōnis Promēthei vinculis fuerat. Sed apud Shelley Iuppiter potentiam suam perdidit, quā dē causā Herculēs Promētheum vinculis absolvere potestātem habuit. In drāmate Promētheus Solūtus Anglici poētae bonum victōriam dē malō reportat societāsque hūmāna ā tyrannīs liberātur.

Aetāte quoque novā e.g. in libellis televīsivīs „Porta sīderea“ nōmen Promēthei nāvis cosmica incolārum Terrae habet. In fābulā formīdulōsā „Promēthei crisis“ (annō 1976<sup>5</sup> scriptā) auctōrum Scortia et Robinson in electrificīnā atomicā, quae nōmen Promēthei habet, syndroma Sīnicum accidet. (Nōmine „syndroma Sīnicum“ physicī atomicī calamitātem atomicam, apud quam fūsūra reāctōrii accidit, appellant.)

*Drāma, atis, n.* – drama; *solūtus, a, um* – uvolněný, ZDE: odpoutaný; *ēmittō, ere, ēmīsī, ēmissum* – vysílat, vyslat, ZDE: *drāma ēmittere* – vydat, publikovat drama; *Promētheia, ae, f.* – Prométheia, novodobé školské označení Aeschylovy trilogie, z níž dnes známe celého již jen „Spoutaného Prométhea“; *sē inspīrāre* – inspirovat se (čím? +ABL.); *factum, ī, n.* – čin, skutek, ZDE: příhoda, příběh; *distīnctus, a, um* – pestrý, zdobený, ZDE: odlišný, rozdílný; *pondus, eris, n.* – váha, tíže, ZDE: význam, smysl; *pōnō, ere, posuī, positum* – klást, pokládat, ZDE: dávat (*factō pondus*: příběhu význam); *reconciliāre I* – obnovit, ZDE: (u)smířit; *reconciliātiō, ōnis, f.* – obnovení, ZDE: smíření; *condiciō, ōnis, f.* – podmínka; *exūtiō, ōnis, f.* – zbavení, vyproštění; *exūtiō vinculis* (abl. odluky) – vysvobození ze žaláře, z pout; *perdō, ere, didī, ditum* – zkazit, zhubit, ZDE: ztratit, přijít (o moc: *potentiam*); *quā dē causā* – a proto; *absolvō, ere, solvī, solūtum* – odvázat, odpoutat, osvobodit (od čeho? +ABL.); *potestātem habēre* – mít moc, moci; *victōriam dē malō reportāre* – vítězit nad zlem (doslova: odnést vítězství = vyhrát bitvu); *societās hūmāna* – lidstvo;

*Aetās nova* – moderní doba; *e.g.* = *exemplī grātiā* – například; *\*libelli televīsivī* – seriál; *sīdereus, a, um* – hvězdný; *\*cosmicus, a, um* – kosmický, vesmírný; *incola Terrae* – pozemšťan; *fābula formīdulōsa* – thriller; *crisis, is, f.* – krize; *scriptus, a, um* – napsaný; *\*electrificīna atomica* – jaderná elektrárna; VZTAŽNÁ SPOJKA: *quae* – která, jež; *syndroma, atis, n.* – syndrom; *Sīnicus, a, um* – čínský; *accidit* (neosobní tvar od „*accidere*“) – dochází (k čemu? +NOM.); *physicus, ī, m.* – fyzik; VZTAŽNÁ SPOJKA: *apud quam* – při níž; *fūsūra, ae, f.* – tavení; *\*reāctōrium, ī, n.* – reaktor;

\*) Termíny označené hvězdičkou vznikly až v moderní latině.

<sup>4</sup> Čti: *annō millēsīmō octingētēsīmō vīcēsīmō*

<sup>5</sup> Čti: *annō millēsīmō nōngētēsīmō septuāgēsīmō sextō*